

Christoph Cellarius Immanuel Liebetrau


[...] Sive De Propheta Deuteronomii XIIII. 15. seqq. promisso Disputatio Anti-Judaica

Leucopetrae: Hildebrandt, 1669

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn870613286>

Druck Freier  Zugang






91.

Fa-1092 (91.)


2. 32
3. 33
4. 34
5. 308
6. 239
7. 44
8. 41
9. 42
10. 43
44
2
2
15.1
16.0
17.
18




- Georg. Laur. Johann Veit
~~Christ. Gold. Anton~~ Opera. in nonnulla Cantabrigiæ loca
 hinc Werthemiense corrupta. Witteb. 1796. Dis. II.
2. Joach. Surt. Rau Vindiciae Promissionum de Messia Abraham factarum
 sedisq. ejus et iustitiae ab iniuria interpretis Werthemiensis recitata
 Jen. 1796
3. h. Jes. Surt. Weissenbornius de sapientia Patris in Christo crucifixus maxime
 filii. Jen. 1796.
4. Christoph. Weyner de bonar. virt. animarum Adamicarum ad Gen. II, 19.
 W. Witteb. 1710.
5. Jo. Christ. Ortelobius de Caino non dissimulante ad Gen. III, 3 et vindictam
 de serpente non puniunt cum Satana ad Gen. III, 14, 15. Erf. 1716.
6. Jo. Adrianus de fluvio TT Gen. XI, 10. Helst. 1712.
7. Val. Alberti de Wurri Edar ad Gen. XXXVI, 21. Mich. 14. S. Erf. 1699
8. Jo. Christ. Wichmann trauser de calice in Hebraeorum facie de
 ponendo. Exo. V, 9. Witteb. 1711.
9. Jo. Gottlobius Carpovius de disqualificatione religiosa in loco sacro.
 ad Exo. III, 5. Jaf. 11. 15. Erf. 1729.
10. Christo. Wollin de ignoto Judaeorum et Aethiopicorum Deo TT TT
 ad Exo. III, 14 et Act. XVIII, 20. Erf. 1727.
11. Geo. Wich Overkempff de significatione verborum, quibus in usu
 ho. Pharaonis in historia Mosuica exprimitur. Jen. 1796.
12. Leonh. Hoffmannus de anilla Hebraea ad Exo. XXIV, 17. Jen. 1712
13. Christi. Lidar Scheikterus de partibus facierum ad Exo. XXIV, 23
 Laut. XXIV, 5. 9. Hal. 1736.
14. Petr. de Lamend aurea Pontificis M. ejusq. mysteriorum ad Exo. XXVII,
 96-98. XXXI, 9. 11. Leub. 1711. VIII, 9. Hal. 1737.
15. Geo. Lidar Soderus de Hileamo versant eundi. non impetrante
 ad Num. XXII, 20. Jen. 1715.
16. Christo. Ceccarius de Propheeta promissa Dunbron. XVIII, 15. Witteb. 1699
17. Petr. de Jesu David's filio ad 2 Sam. XXIII, 1. S. Jen. 1730.
18. Jo. Christi. Burgmannus de filio Orientis ad 1 Reg. III, 9. Rost. 1720.

19. Anonim. Coffera de meretricibus curam habentibus illuculentibus
ad Reg. XLII, 70. Lips 1715.
20. Jo. Meisneri Cursiculum vitae Salomonis. Witteb 1658 reimp. 1701.
21. Jo. Christ. Bollabius de Coffigatio reuera anthonia ad Ps. XLVI,
7. Lips 1713.
22. Jon. Conr. Schramm de cupis ecclesie N. T. ad Ps. XLI,
Helms 1727.
23. Petrus Burgeri Lux historica ad Ps. LXVIII. Norim. 1756.
24. Acc. Joachi de Krakewitz de sacerdotibus et Leuitis Job. V. T.
promissus Gryphus. 1729
25. Geor. Friedr. Schroeder de sapientia hypostatica ad Prov. XIII, 22.
Witteb 1715
26. Joh. Petr. Guineberg de initio sapientiae Simone Domini ad Prov. I, 20.
Lips.
27. Jo. Henr. Michaelis de Castro Canticorum Salomonis. Hal 1717.
28. Dan. Rosenfeldius de rosa Saronitica ad Cant. II, 1. Witteb 1715.
29. Jo. Geo. Dofobear de natiuitate saluatoris et radice terrea ejus, be.
nescio ^{XLII} ad Ps. 1646.
30. Jo. Christ. Wichmann de ira et trouit calore ad Ps. II, 17.
Witteb 1714.
31. Henr. Christ. Lemmer de cordis dilatatione ad Ps. LXV, 2 Cor. I, 11, 13.
Lunel 1796.
32. Jon. Conr. Schramm de uno Asyriorum Dou ab Isaia rejectione ad
Ps. LXVI, 17 Helms. 1794.
33. Jos. Henr. Opitius de jeremia inter prophetas primis Lips. 1704.
34. Henr. Jonathan Werenbergius de jugo jeremiae ad Cap. XXVII, XXX, XXXI,
Lips 1659.
35. Jo. G. Thulauer de jure procedendi liberis propter peccata pa-
rentum ad Gen. XVIII. Lips 1714.
36. Joh. Wasselius de transitu sub virga ad Ps. XX, 27. Lips. Prosa 1794.

37. Jerem. Frederici de ^{Propheta} Daniele gurg, Vaticinio Lypf 1716.
38. Christ. Henr. Michaelis Oratio de Daniele laudabili exemplo
typpoz viciemii Academiici Hal. 1796. n.
39. Herm. van der Haard Hesper Historiae et antiquitati reddidit.
Kelmst. 1712.
40. Gust. Christ. Kellwagius de uxore et liberis Bofeae ad Hof 1, 1. Jan 1796
41. Math. Hillerer commentarius in Hof X, 14. Tub. 1702.
42. Joh. Hele. Wiccomer Bofear Subvortor. ad Hof XI, 7 Witeb. 1680.
43. Christ. Henr. Michaelis de Vaticinio Anaf. Prophetarum Hal. 1796.
44. Aug. Spefferi Praelectiones in Prophetam Jonam Witeb 1706.
45. Joh. Colmar de fumis Judaeorum Zoopfia. d. Moch. 11,
9. Oct. 1716.
46. Jerem. Frederici de Zacharia gurg, vaticinio Lypf. 1717.



2. 32
3. 33
4. 3
5. 308
6. 239
7. 44
8. 41
9. 42
10. 43
44
12
12
15
16
17
18



16.
הנביא הרומה למושה
דבינו עליו השלום:

SIVE
De

PROPHETA

Deuteronomii XIII. 15. seqq.

promissō

DISPUTATIO ANTI-JUDAICA,
in Illustri Augusteo

Sub Praesidio

M. CHRISTOPHORI CELLARI,

Ebr. Ling. & Ethices Profess. Publ.

Die 9 Octobr. M, DC, LXIX.

publico examini exposita

ab

IMMANUELE Siebtrauen /
Longo-Salifâ Thuringô.

LEUCOPETRÆ,

Excudebat CHRISTIANUS Hildebrande.

PROPHETA
SIVI
Bel

Doctor von X. M. 15. 16. pp.

PROPHETA
D. H. O. A. T. I. T. A. G. A.
D. H. O. A. T. I. T. A. G. A.
D. H. O. A. T. I. T. A. G. A.

CHRISTOPHORI GRIFFARI
CHRISTOPHORI GRIFFARI
CHRISTOPHORI GRIFFARI
CHRISTOPHORI GRIFFARI

CHRISTOPHORI GRIFFARI
CHRISTOPHORI GRIFFARI
CHRISTOPHORI GRIFFARI
CHRISTOPHORI GRIFFARI



Eteres Judæos, qvanqvam satis erro-
neos, ex recentiorum ingenio æstimare æ-
quum haud videtur. Sæpe illi de Messia no-
biscum interpretati sunt, qvæ aliò recentes
Christianorum odiò detorqvent. R. Salo-
mo hoc arcanum nobis pandit in Psal. XXI.
2. commentans: רבותינו פתרוהו על מלך
המשיח ונכון הדבר לפותרו עוד על דוד

עצמו לתשובת המינים; *Majores nostri de Rege Messia exposue-
runt, tutius verò est, exponere de ipso Davide, ut responderi pos-
sit hæreticis, (Christianis.)* Eadem hunc ipsum Salomo-
nem ad Pl. II. 1. adscripsisse, MStorum fides, à Pokokio
in not. ad Port. c. 8. prodita, confirmat, utut in vulgatis libris
odiosa verba: לשובת המינים, vel Christianorum metu à Ju-
dæis, vel qvòd aliis placet, à Pontificiis censoribus expuncta
sint penitus.

II. Idem evenisse videmus circa *magnum* illum, qvem
Moses Deut. XIIX. 1. 18. promisit, *Doctorem & Prophetam*,
qvi priscis Judæis vel ipse Messias, vel insignis ejus præcursor
aut parastata credebatur, ceu ex Joh. I. 21. VI. 14 VII. 40.
41. Luc. VII. 16. non obscurè colligitur; recentibus verò vel
qvilibet gregarius propheta est, vel ad maximum Josua aut
Jeremias. Horum sententias excutere in præsentia visum est,
qvi tres constituunt ordines, aliis de Josua, ut dixi, nonnullis
de Jeremia, aliis deniqve de qvovis propheta vaticinium in-
terpretantibus.

III. R. Abraham Ben Esra, qvem Bechai seqvitur, *Jo-
suam* hîc intelligi his sibi aliisqve persvadet: זה נביא מקרבך זה
יהושע והעד שאמר אליו חשמעון וכתוב וישמעו אליו בני
ישראל; *Propheta ex medio tui: hic Josua est; qvòd inde probatur,
quia h. l. dicitur: hunc audietis: & de Josua scriptum est: (Deut.*

A 2

XXXIV,

XXXIV. 9.) *fili Israël audiverunt ipsum.* Fallitur, qv̄i ex nuda obsequii voce vaticinii complementum elicit. Idem enim de Salomone habetur I. Paral. XXX. 23. qv̄em tamen h̄ic notari, nec ipse Ben Esra largietur.

IV. R. Jacob, auctor Hatturim, in h. l. ad *Jeremiam* hoc oraculum restringit hisce: נביא אקים להם בגמטריא והו רמיהו: *Prophetam excitabo illis: per Gematriam hic est Jeremias.* Rationem interpretamenti sui subjicit potissimam: זה הוכיחון ille (Moses) *reprehendit eos* (Israëlitas,) *hic quoq;* (Jeremias) *eosdem redarguit.* De reliqua comparationis parte ad librum Pesikta provocat, unde Abarbanel quoque præfat. in Jerem. quatuordecim capita depromit, quibus Jeremias cum Mose Rabbehu qv̄eat conferri, qv̄æ tamen partim ficta & nugatoria esse, partim cum aliis prophetis communia, partim ex accidente Jeremiæ contigisse, legentibus apparet. Sed esto, qv̄od Abarbanel dicit, שהיתה מדרגת רמיהו בנבואה עליונה מאד ויותר קרובה למדרגת משה אדננו ממדרגת שאר הנביאים *gradum Jeremiæ in Prophetiâ fuisse admodum sublimem, & propiorem gradui Mosi domini nostri, quàm gradum reliquorum prophetarum.* Non verò is, qv̄i propius ad Mosi dignitatem accedat, h̄ic promittitur, sed qv̄i ad minimum *par & æqualis* ei futurus sit, qv̄od fastigium ipsi Judæi, lege compulsi, (qv̄æ inter XIII. Ikkarim est VII. *ne ullum Mosi magistro æquiparent,*) neqve Jeremiæ possunt, neqve alii cuiquam accensere. Abarbanel quoque, qv̄od C. L. Jacob Alting in Schilo p. 397. observat, in multis Esaiam & Ezechielem Jeremiæ anteponit. Qv̄i ergo Mosi, super qv̄em pax sit, æqualis poterit haberi?

V. R. Salomo, qv̄em plurimi Judæorum sequuntur, ita nostrum comma interpretatur: כמו שאני מקרבך מאחריך יקים: *quemadmodum ego ex medio tui & ex fratribus tuis sum, sic excitabit tibi loco mei, atq; ita ab uno propheta ad alium.* Ipse Aben Esra priori suæ sententiæ qv̄asi diffusus hanc Salomonis approbat, cum subjicit: גם יחכן להיות זה: *neg; inconueniens est, ut gener-*

nera-

neraliter explicetur de quolibet propheta, qui surget post Moſen.
 Etiam Lipman, Judæus Mülhufinus, in Nizachon n. 137. p.
 93. è contextu cum Exod. XX. 19. collato, על כל נביא ונביא
 שבכל דור ודור *de quolibet propheta, qui quovis seculo futurus e-*
rat, hæc ipsa interpretari conatur. Recentissimè mortuus
 R. Abendana, in notis ad M. Jophi, propterea pluraliter ex-
 ponit לכם נביאים יקים *excitabit vobis prophetas*, &c: id què
 ex textu firmare nititur, וזה הפסוק רבך אל הקורמים
 והמאחרים *quòd sic versus cum antecedentibus & consequentibus*
quam optimè cohereat. Lipman quoque citato loco,
 מתוך פסוקים של מעלה מבואר פירושו *ex medio anteceden-*
tium, inquit, *hujus quoque versus interpretatio clarescit.*

VI. Cum verò potissimus responſionis nostræ cardo in
 voce כמני *sicut me*, vertatur, illa priùs à Judæorum expoſi-
 tionem vindicanda erit. Bechai idèò hæc voculam adjectâ putat,
 שלא תבין ממלה אחיך כני עשו או בני ישמעאל
ne intelligas per
ditionem: è fratribus tuis, filios Esau aut Ismaelitas, ut ita dia-
 ne *hâc genus promissi prophætæ Israëliticum, Esavitico &*
Ismaëlitico oppositum, significetur. Abarbanel ad consen-
 sum doctrinæ dictionem refert: שהנביא לא יהיה חולק
 על משה רבינו ולא על מצוה ממצותיו
quòd hic propheta non
fit disceptaturus contra Moſen, aut contra ullum ejus præceptum.
 Hæc Helena est, quam tanto studio comunt ornant què Judæi,
 scil. nihil Messiam in lege Moſis immutaturum esse. Vid. Lip-
 man c. I. Abendana verò similitudinem in divina vocatione
 quærit, ut sententia vocis, *sicut me*, fit illa, שיהיה נבחר מאת
 ה' כמו שהיה נבחר משה לנביאתו ולענין הקימה אמר
 quòd (propheta ille) à Deo fit eligendus, *sicut Mo-*
ſes ad munus propheticum electus fuit, atque ita cum respectu ad
constitutionem (vocationem divinam verbo קום expressam)
dictum fit, sicut me, sicut te. Eodem ferè modo R. Lipm. c. I.
 in hac parte, inquit, *similis erit propheta hic*
Moſi, quòd כמו ואמיתיים הם כל דבריו דברי אלהים ודברי
omnia verba ejus sunt verba Dei viva & vera, sicut
verba Moſis magistri nostri, supra quem pax sit.

VII. Ordine singulis respondemus. Bechai frustra sub-
 cilis est, cum nusquam Edomæi absolutè dicantur fratres, sed
 additâ declaratione: *frater tuus Edomæus*, Deut. XXIII. 7. &
 sermone inverso: *frater tuus Israël*, Num XX. 14. & quinam
 fratres innuantur, satis hîc expressum erat voce מקרר *è medio*
tui, extraneos omnes excludente, ut nihil opus fuerit, *fratres*
 novâ dictione ad Israëlitas alligare. Num verò Abarbaneli
 respondemus, Messiam ceremonias aboliturum, novæ quæ do-
 ctrinæ auctorem fore? Ægrè hoc ferunt appellæ, nec ex Pro-
 phetis aut Hagiographis (Jerem. XXXI. 31. Dan. IX. 27. &c.)
 id sibi patiuntur persvaderi. Nam quod ex Ben Israël Con-
 cil. p. 161. constat, axiomatis instar circumferunt, *reliquo-*
rum scriptorum (Prophetica & Hagiographa intelligit,) *argu-*
menta nullam vim habere ad destruendam vel minimam doctrinæ Mo-
saicæ partem. Non ergo hi homines ferent, si aliunde, quàm
 ex Mose contra ceremoniarum & rituum æternitatem, quàm
 inveteratâ opinione ex ipsò Mose putant constare, disputa-
 tionem ingredereris. Aliis controversiâ de principio disputa-
 tionis Judaicæ relicta, ex ipso nostro vaticinio *Lutherum in-*
strum מן, Tom 8. Jen. f. 122. secuti urgemus, eum promitti
 prophetam, qui nova docturus, novos quæ ritus (Sacramenta)
 instituturus sit. Solte Er niches anders lehren/denn was Mose ge-
 lehret hat / so wäre es eben der Mose selbst/ oder der alten Prophe-
 ten/die unter Mose sind gewesen/wäre nicht Wie Mose ist. Si non ad
 aliam, quàm Mosaicam doctrinam hîc Deus respexisset, ad
 Mosen ablegasset, primarium V. T. prophetam, non ad a-
 lium Mose non inferiorem. Quod verò divinam vocationem
 ex mente Lipmanni & Abendanæ spectat, illa satis verbo קים
 explicita erat, nec noviter per dictiones, *sicut me*, &c: ege-
 bat innui. Quilibet enim prophetarum à Deo suscitatus, *di-*
vinus vocari & divina predicare, licet nihil cum Mose confera-
 tur, jam tum præsumitur. Nec accentuum ratio permittit fa-
 cile, ut ad קים *vox כמי* reducatur.

IX. Quid ergo? per comparativas, *sicut me*, &c: no-
 bis

bis summa excellentia & irrefragabilis auctoritas intelligi certo videtur, quod addita tum adhortatio, tum comminatio, v. 15. 19. satis clarè vincit. Quamquam enim ne quidem vulgari prophetæ impune licet refragari; haud tamen Deus usquam tam significantibus verbis vel mandavit obsequium, vel immorigeris minatus est. Horribilis vox est: אדרש מעמו *reqviram ab eo*, severissimas pœnas & alibi denotans, Gen. IX. 5. Ezech. III. 18. 20. & rectè ab Aben Esra & in Beer Mosche exposita: מיתה בירי שמים *mors ejus erit per manum Dei*, & quidem extraordinaria, quod LXX. quoque indigitarunt verbo ἐκδιήσω, & maximâ emphasi Apostolus Act. III. 23. ἐξολοθρήσεται ἐκ τῆς λαῶν, ad parallelam phrasin, הכרת מעם *exscindi ex populo*, respiciens, quâ perinde, ac Rabbinicâ (מיתה בירי שמים) horribiles cûm temporarias, tum, nisi poenitentia intervertat, æternas calamitates notari, scripturæ peritis palam est. Non ergo vulgaris prophetæ, sed lapidis angularis seu Messiaë malitiosa rejectio (Psal. CXII. 22.) hoc inusitato supplicio videtur argui, quod jam tum Judæos sensitse, diuturnius exilium indicio est, & acrius olim, cum intuebuntur, quem foderunt, à facie Dei remoti persentiscent.

IX. Sed contextum urgent Abendana & maledicus Lipmannus. Bene verò se res habet: ut à sciolis & divinatoribus Deus suos avocaret, principem prophetarum omnisque prophetiæ complementum, Regem Messiam, promisit, & tacitè cum illo omnes ministros prophetas, prodromos & tanto Doctore viam paraturos, ut ita prophetarum seriè ad Messiam usque, summum prophetam, non cessaturâ, non haberent Israëlitæ, quod magos & divinatores consulerent. Nec valent Lipmanni argutiæ, שלא שאלו כחורב לבטל תורתם, *quoniam non petiverunt in Horeb datæ legis destructorem & novæ auctorem*, Ergò talem Deus se daturum non promisit. Malè ex nostro petito beneficentiam Dei metimur. Plus sæpe dat, quam rogatus est, & temporaria petentes non rarò æterna & spiritualia impetramus. Internuncios rogabant Judæi, majesticam Jehovah locutionem fulgure

re

re & tonitru tremendam deprecari; en! ipse Messias promittitur, tum ante sui incarnationem *πολυτρόπως* per prophetas, tum carne vestitus extremis temporibus in ipsâ assumptâ carne suo populo locuturus; Ebr. I. i.

X. Cùm igitur cum Mose Doctor noster excellentia & dignitate comparatur, nec tamen, fatente Judæorum choro, mortalium sit quisquam, qui cum Mose hoc in passu confertur; neminem hîc notari patet, quàm solum Regem Messiam, de quo ipse Ben Israel Resurr. Mort. p. 268. largitur, quòd *sensum legis & mysteria illius populum dociturus sit.*

XI. Huic etenim *יהוה ומעלה וכבוד על כל המלכים* excellentiam, dignitatem atq; gloriam super omnes reges, qui inde ab orbe condito fuerunt, in fidei suæ articulo XII. Judæi omnes assignant. Cùm verò ad Mosen spectanda comparatio est, tum aqua hæret modernis Judæis, quippe indignè ferentibus; si vel Messia etiam suo prophetiæ dignitate Magister Moses posthabeatur. Prisci verò ingenui magis fuerunt, & quod *πολυθρύλλητον* illud testatur, sanctè crediderunt, quòd Messias *ישא ממשא גבה השרה ממלאכי השרה* extollendus sit super Abrahamum, elevandus super Mosen & super Angelos ministerii exaltandus. Quamvis Talmudici viri, hujus traditionis scriptores, ad Messia Deitatem, tum maximè oppugnatam, nihil respexerint, quam sine dubio intenderunt primi auctores sententiæ hujus antiquissimæ & ante natum Christum in puriori Ecclesiâ celebratæ; tamen eam dignitatem & præstantiam Messia suo tribuunt, quæ posteros Judæos malè habeat, nec exiguo eos dolore premat. Hinc miserè se torquent, quí Talmudicum illud ita exponant, ne summæ summi doctoris auctoritati, Mosen puta, derogetur, aut quisquam, nec Messias quidem, ei par accenseatur. R. Alschech majorem dicit Mose Messiam *ratione imperii in astra*: Abarbanel respectu educationis & captivitate, (quod ille tantum ex Ægypto eduxerit, hic ex quatuor mundi cardinibus educturus sit:) alii *ד* præfixum non comparativè, sed causaliter sumi statuunt, quòd à Mose, i. e. ex Mosaica legis studio inultum glo-

gloriæ & dignitatis sit Messias habiturus. Vide his *cl. Hulsium in Aycorb Rochel p. 434. 435. 441.* Tantus dissensus perversitatem hominum arguit commiseratione, quàm refutatione dignior, quæ inde tum ortum suum, tum incrementum cepit, quòd jam olim, Ecclesiâ ipsorum decrecente, ignorare Messie Deitatem, jam natò Christo negare, postea etiam impugnare & blasphemare cœptum est. Altius ergo repetenda esset disputatio, si in hoc discursu pergendum foret, & ipsa divina Messie dignitas & majestas ante oculos ponenda, comprobanda, vindicanda. Quod disputando per hominum pertinaciam non posset, precibus à Deo impetrandum esset, ut vel tandem Mosaico velamine sublatò totus Israël, quod exoptamus, salvaretur.

XII. Interea, quid contra nos & nostrum Prophetam Lipmannus urgeat, non negligendum est. Hic nostro nos gladio perempturus tale contribulibus consilium suggerit: *תקשה להם איככה באים לדמותו למרעה שהיה אדם ולא אלהים* *objice illis: qui devenit ad comparandum illum (Nazarenum) cum Mose b. m. cum Moses homo, non verò Deus fuerit? Scilicet Christum Christianorum Deum cum Mose homine comparare, Judæo incongruum est, quod nobis minimè; cum ad formam carnis & quo ad munus propheticum, nò ad eminentiam majestatis par Mofi propheta dicatur, quem quò Deus est, à Mose, tanquam à famulo filium, præeunte sic Apostolo, discriminamus ipsimet, Ebr. III. 7. 6. Hoc persentiscens Judæus subjicit: ולפקייהם שאומרים שגם הוא נביא והוא כמוך קשה* *si respondebunt, hunc (Christum) etiam prophetam esse, & in hac parte comparisonem fieri; difficilius ipsis solutu fiet, quod scriptum est, (Deut. XXXIV. 10.) non surrexit amplius propheta, sicut Moses.*

XIII. Sed siste Judæe! nec quod ministros prophetas excludit, ad excludendum prophetam Dominum adhibe, nempe principem Messiam, *שנבאו עליו כל הנביאים ממשה רבינו עה* *de quo omnes propheta à Mose ad Malachiam usq.*

B

pro-

prophetati sunt, ut contribules tui in XII. suæ fidei fundamento
 latentur. Altiùs res inspicienda est. Duo c. l. referuntur,
 quibus Moses antecedit prophetas cæteros, *visio à facie ad fa-*
ciem, & deinceps *miracula*, Deut XXXIV. 10. 11. 12. Prius
 explicat ipse Lipman n. 153. quòd locutio sit Dei מלאך
 אבסג, angelo internuncio, facta ביום interdii, ללא בחזיון לילה
 לא במראה ולא בעניין חלום non in visione nocturna aut in somno
 ולא דרך אימה ופחד non per ecstasin, neq; cum terrore & tre-
 more, &c. Unde verò probabunt Judæi, Messiam suum, si quan-
 do venies, qui instinctu & colloquio Dei non carebit, (neque e-
 nim ad tantas res gerendas carere poterit,) in somno, per an-
 gelos, &c: consiliorum Dei admonitum iri? Si, quod solent,
 ingeminabunt suum: non surrexit sicut Moses, &c: audiant quo-
 que alterum eminentiæ Mosaicæ caput, *miracula* scilicet. Num
 verò & hîc Messiam Mosi postponent? Licet Ben Majemon
 Messiam suum miraculis privet, (vid. Hacksp. ad Niz. p. 389.)
 alii tamen, & quidem plurimi, illa anxie expectant, (quod to-
 tus fere liber I. Avcoth Roch. præpomis Signo IX. confirmat,)
 & quidem majora & frequentiora Mosaicis, cum expressè Ben
 Gerson (apud Hacksp. c. l. p. 387.) fateatur, שנפלאותיו
 משה למעלה מנפלאות משה quòd *miracula ejus* (Messiæ),
 futura sint majora Mosaicis. Quodsi v. 11. & 12. qui דמיון
 continent præcedentis, Messiæ nihil derogant, certè ipse præ-
 cedens ei minùs detrahet, nec Messiæ ille, sed aliis, ministris
 prophetis, erit opponendus.

XIV. Porro indignissimè fert Lipmannus, quòd Chri-
 stiani ex Deut. XIIX. 15. inferant: מה משה נתן תורה חדשה
 אף הוא נתן תורה חדשה sicut Moses dedit legem no-
 vam, ita & hic (Nazarenus) novam legem dedit, siquidem suam
 legem æternam & immutabilem fore, se, inquit, n. 125. pro-
 batum dedisse, quod hîc examinare nimium foret & intem-
 pestivum. Illud addo, quòd hoc ipso contradici putat Evan-
 gelio nostro, שכתוב בספריהם שהנוצרי לא בא להפוך
 התורה כי אם למלא אותה quòd scriptum sit (Matth. V. 17.) in
 libris


libris ipsorum (Christianorum,) quod Nazarenus non venerit legem soluturus, sed impleturus.

XV. Verum illos Judæus videtur notasse, qui novam *νοθεϊαν* Christo tribuunt, quod cum ab orthodoxiâ nostrâ alienum sit, alios sibi Lipman adversarios querat, vel Pontificios, vel ipsos Photinianos. Si quæ nova sunt in nostro Doctore, id minimè lex aliqua, sed Evangelium est, *ברית חדשה*, illud novum fœdus, Jerem. XXXI. 31. *novum*, inquam, non ratione particularis usus, sic enim in V. T. quoque locum habuit, sed universalis illius, cui Levitici cultus abrogatio annexa erat, in toto orbe promulgationis. Nec habet Judæus, quod Mosis legem antiquatam doleat, siquidem *Moralia præcepta*, quod æternæ veritatis sunt, nunquam nobis dicuntur abrogata aut antiquata: *Ceremoniales* verò & *Forenses leges* suum finem habituras, Judæo aliunde, & quidem ex ipso S. Codice, si charta pateretur, posset demonstrari. De loco Matth. V. 17. ex textus visceribus patet, non quamvis ibi, sed *moralem legem* abrogatione immunem reddi, Conf. B. Hunn. T. 3. in Matth. f. 98. &c.

XVI. Quod si Messias *promissus Propheta*, quæ igitur officii ejus conditio est? Vulgus opinatur, *propheta* tantum esse, *הגיד העתידות* *pradicere futura*, quò Græca compositio vocis præprimis collineat. Sed latior est Ebraï *נביא* significatus. R. Salomo in Exod. VII. 1. *כל לשון נבואה אדם המכריזו* i. e. *voxcantantem notat*, quem barbarè dicunt *Prediger*. AbenEfra ad h. l. refutat Salomonis sententiam ex Gen. XX. 7. potiusquæ definit *הנביא* ex Amos III. 7. *שיגלה לו הי סודו* *cui arcana sua Deus revelat*. Frequentior quidem significatio AbenEfræ; nec tamen altera R. Jarchi ridenda est prorsus, utpote Chaldæorum auctoritate stabilita. Præterquam enim quòd Exod. VII. 1. *נביא* Onkelos *מתורגמן* *interpretem* vertit, Uzielides I. Sam. X. 5. *חבל* reddidit *סיעת ספרים* *cætum legisperitorum*. Sic Apostolo Græcum *ἀποφθέρω*, & Syro *אחנבי* I. Cor. XIV. 1. idem est, quod *interpretari Scripturam*, consente Hunnio T. 4. f. 253. Utra-

Utraqve tam Aben Efræ; quàm Salomonis explicatio concinne Christo nostro convenit, nec specialis modus, הגרה עדות *prædictio futurorum*, eidem defuit, passim N, Testamento loquente.

XVII. In hoc tamen cum R. Salomone, quem Hulsius Theol. Jud. p. 215. sequitur, nobis minimè convenit, quòd c. l. vocem נבואה derivat כחמה ינוב שפתים i. e. *ex R. נוב fructificare, cujus nomen legitur Esa, LVII. 19. & ipsum verbum Prov. X. 31. Potius cum Aben Efra c. l. & Kimchio in Lex. Rad. נ hujus vocis lamed poal seu radicale statuimus. Neque in illo Judæi sunt ferendi, quòd נבואה prophetiam propriè dictam à רוּחַ קדשׁ spiritu sancto (non personam, sed virtutem Dei cum Phorinianis intelligunt,) tanquam à specie oppositâ distingunt. Et Kimchio interprete præfat. in Psalmos, Prophetia iis solis accidit, quibus Deus vel in somnio; aut, si vigilans, per species oblatas, quiescentibus potentiis sensitivis; aut, qui perfectissimus gradus ipsi est, voce & alloquio aliquid revelat: contra spiritum sanctum illi homini attribuit Rabbi, שמעורתא אוחו, רוּחַ עליוני ותופיע הרברים על לשונו רברי שבח והודאה quem excitat spiritus excelsus, & lingua ejus verba laudis divina subministrat, interdum etiam facit, ut futura predicat cum auxilio divino. Opponit hic Judæus non opponenda. Nescit etiam Scriptura sic distinguere, & רוּחַ יי Spiritum Domini tam prophetæ propriè dicto Ezech. XI. 5. quam Psalmorum auctori II. Sam. XXIII. 2. assignat, utrobique etiam Chaldæus רוּחַ נבואה Spiritum prophetie vertit: soli interpretes Judæi tam subtiliter distinguunt, & Kimchi רוּחַ הקדשׁ Spiritum sanctum, at Esa. LXI. 1. (ubi ex hypothese ejusdem Kimchi & Chaldæi non de Christo, sed de Esaia sermo est,) per רוּחַ הנבואה spiritum prophetie interpretatur, quasi verò Spiritus Domini à se distinctus sit, neque hæc omnia operetur יְהוָה I. Cor. XII. 11. cui cum Patre & Christo Prophetâ sit gloria.*





is in numerum Adfessorum Synagogæ Magnæ, quæ
 temporibus, refertur. De R. ISAACI ABARBANE-
 constat ex Rab. DAV GANS, qui בצטח דוד p. 56.
 ir: Viri Synagogæ magnæ fuerunt homines nobis
 mentio fit in versu. (Scripturæ) Atque juxta sen-
 ac Abarbanelis præfatione sua ad נחרות אבות
 odecim, videlicet: Haggæus, Zacharias, Malachias,
 ardochæus Bilschane telonarius, Esra sacerdos &
 filius Jehozedec, Seriah, Rebaljah, Mispbar filius
 Babaneus, Nehemias filius Chacalice &c. Cui
 R. MOSES BEN NACHMAN ad פרקי אבות
 D GANS l. c. quibus gemella habet סדר עולם רב
 : Et benedictæ memoriæ Mardocheus (hunc vero
 misse Malachiam; conf. B. CALOVIUS in *Bibl. Illustr.*
 Malachiam. Nec non Cl. J. HENR. HOTTIN-
 esauo *Philologico* L. 2. c. 1. Sect. 2. p. 488.) Haggæ-
 omnes illi vaticinati sunt anno secundo Darii Nec
 alista apud R. GANS l. c. neque ipse R. GANS, qui
 commentatur: Tempus autem Prophetæ Malachia no-
 vit scriptura, sed ex recensione Cabbale fuit hic Prophe-
 ggæi & Zachariæ. Consentit & R. DAVID KIMCHI
 chiam. Trium quoque horum Prophetarum terminum
 m Rabbinum collocant annum. Sic enim R. DAVID
 . 57. dicit: Haggæus & Zacharias & Malachias mor-
 44z. Nititur autem ipsorum assertum auctoritate ac se-
 סדר עולם s. *Chronici mundi minoris*. Et quamvis
 IM FILIUS DAVIDIS בספר קבלה in *Libro*
 ,Haggæum, Zachariam & Malachiam & Esdram obiisse an-
 t hic ab istis 6. annos differat, cui & ad stipulatur *AUTOR*
 ni p. 14. sufficit tamen, quod in unum eundemque ab
 & Malachiæ mors ponatur annum.
 MUS Proemio in *Malachium* op. T. 6. fol. 231. EUSE-
 ic. L. 2. THEODORETUS Proem. in *duodecim Proph.*
 TINUS de *Civitate Dei* T. 2. L. 18. c. 35. p. 669. LU-
 VES ad *Augustinum de C. D. L.* 18. c. 35. p. 672. DRU-
 TABLUS apud *POLUM in Syn. Crit.* T. 3. p. 2049. B.
 BALDI-

↑

mm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100 101 102 103 104 105 106 107 108 109 110 111 112 113 114 115 116 117 118 119 120 121 122 123 124 125 126 127 128 129 130 131 132 133 134 135 136 137 138 139 140 141 142 143 144 145 146 147 148 149 150 151 152 153 154 155 156 157 158 159 160 161 162 163 164 165 166 167 168 169 170 171 172 173 174 175 176 177 178 179 180 181 182 183 184 185 186 187 188 189 190 191 192 193 194 195 196 197 198 199 200 201 202 203 204 205 206 207 208 209 210 211 212 213 214 215 216 217 218 219 220 221 222 223 224 225 226 227 228 229 230 231 232 233 234 235 236 237 238 239 240 241 242 243 244 245 246 247 248 249 250 251 252 253 254 255 256 257 258 259 260 261 262 263 264 265 266 267 268 269 270 271 272 273 274 275 276 277 278 279 280 281 282 283 284 285 286 287 288 289 290 291 292 293 294 295 296 297 298 299 300 301 302 303 304 305 306 307 308 309 310 311 312 313 314 315 316 317 318 319 320 321 322 323 324 325 326 327 328 329 330 331 332 333 334 335 336 337 338 339 340 341 342 343 344 345 346 347 348 349 350 351 352 353 354 355 356 357 358 359 360 361 362 363 364 365 366 367 368 369 370 371 372 373 374 375 376 377 378 379 380 381 382 383 384 385 386 387 388 389 390 391 392 393 394 395 396 397 398 399 400 401 402 403 404 405 406 407 408 409 410 411 412 413 414 415 416 417 418 419 420 421 422 423 424 425 426 427 428 429 430 431 432 433 434 435 436 437 438 439 440 441 442 443 444 445 446 447 448 449 450 451 452 453 454 455 456 457 458 459 460 461 462 463 464 465 466 467 468 469 470 471 472 473 474 475 476 477 478 479 480 481 482 483 484 485 486 487 488 489 490 491 492 493 494 495 496 497 498 499 500 501 502 503 504 505 506 507 508 509 510 511 512 513 514 515 516 517 518 519 520 521 522 523 524 525 526 527 528 529 530 531 532 533 534 535 536 537 538 539 540 541 542 543 544 545 546 547 548 549 550 551 552 553 554 555 556 557 558 559 560 561 562 563 564 565 566 567 568 569 570 571 572 573 574 575 576 577 578 579 580 581 582 583 584 585 586 587 588 589 590 591 592 593 594 595 596 597 598 599 600 601 602 603 604 605 606 607 608 609 610 611 612 613 614 615 616 617 618 619 620 621 622 623 624 625 626 627 628 629 630 631 632 633 634 635 636 637 638 639 640 641 642 643 644 645 646 647 648 649 650 651 652 653 654 655 656 657 658 659 660 661 662 663 664 665 666 667 668 669 670 671 672 673 674 675 676 677 678 679 680 681 682 683 684 685 686 687 688 689 690 691 692 693 694 695 696 697 698 699 700 701 702 703 704 705 706 707 708 709 710 711 712 713 714 715 716 717 718 719 720 721 722 723 724 725 726 727 728 729 730 731 732 733 734 735 736 737 738 739 740 741 742 743 744 745 746 747 748 749 750 751 752 753 754 755 756 757 758 759 760 761 762 763 764 765 766 767 768 769 770 771 772 773 774 775 776 777 778 779 780 781 782 783 784 785 786 787 788 789 790 791 792 793 794 795 796 797 798 799 800 801 802 803 804 805 806 807 808 809 810 811 812 813 814 815 816 817 818 819 820 821 822 823 824 825 826 827 828 829 830 831 832 833 834 835 836 837 838 839 840 841 842 843 844 845 846 847 848 849 850 851 852 853 854 855 856 857 858 859 860 861 862 863 864 865 866 867 868 869 870 871 872 873 874 875 876 877 878 879 880 881 882 883 884 885 886 887 888 889 890 891 892 893 894 895 896 897 898 899 900 901 902 903 904 905 906 907 908 909 910 911 912 913 914 915 916 917 918 919 920 921 922 923 924 925 926 927 928 929 930 931 932 933 934 935 936 937 938 939 940 941 942 943 944 945 946 947 948 949 950 951 952 953 954 955 956 957 958 959 960 961 962 963 964 965 966 967 968 969 970 971 972 973 974 975 976 977 978 979 980 981 982 983 984 985 986 987 988 989 990 991 992 993 994 995 996 997 998 999 1000

inch 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

Image Engineering Scan Reference Chart TE203 Serial No. 011

Patch reference numbers on UTT

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11

10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9

the scale towards document